ISIDORUS HISPALENSIS
12. Jh.
Seite 50r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26139
Copyright: Admont, Benediktinerstift

elementorum. et pulchritudine siderum. appellat enim apud eos cosmos.
quod significat ornamentum. Nihil enim mundo pulchrius oculis carnis aspicimus. Quatuor autem esse climata mundi. id est plagas.
orientem. & occidentem. septentrionem. & meridiem. Oriens ab exortu solis esse nuncupatur. occidens quod idem faciat occidere. atque
interire. abscondit enim lumen mundo. & tenebras super inducit.
Septentrio autem a septem stellis axis uocatur. quae in ipso reuolutae
rotantur. hic proprie & uertex dicitur eo quod uertitur sicut poeta ait.
Vertitur interea caelum. Meridies ut quidam ibi sol faciat medium
diem. quasi medidies. ut quidam tempus purius micat aether. merum enim
purum dicit. Lanuae caeli duae sunt. oriens. & occasus. nam una porta
sol procedit. altera se recipit. Cardines autem mundi duo septen
trio et meridies. in ipsis enim uoluitur caelum. De Athomis. ii.
Athomos philosophi uocant quasdam in mundo corpora par
tes. tam minutissimas ut nec uisu pateant. nec thomen
id est sectionem recipiant unde et athomi dicti sunt hi primae toti mundi inrequietis motibus uolitare. & huc atque illuc ferri
dicuntur. sicut tenuissimi pulueres qui infusi per fenestras
radius solis uidentur. ex his arbores & herbas & fruges omnis
oriri. et ex his igne & aqua & uniuersa gigni atque constare
quidam philosophi gentium putauerunt. Sed autem athomi
in corpore aut in tempore aut in numero. in corpore ut lapis
diuidis eum. in partes. & partes ipsas diuidis in grana ueluti sunt
harenae. rursumque ipsa harenae grana. diuide in minutissi
mum puluerem. donec si possis perueniat ad aliquam minuciam
quae iam non sit quae diuidi ut secari possit. Haec est athomus
in corpibus. In tempore autem sic intelligitur athomus. annum ubi ita
gigantia diuides in menses. menses in diebus. dies in horas.
adhuc partes horarum admittunt diuisionem quo usque